

## IN NOMINE DOMINI AMEN.

51.

Ad perpetuam rei memoriam. Quamvis Regia dignitas ex assumpto officio quodam debito singulari teneatur subditorum suorum intondere commodis, illorum tamen precipue esse fatetur, magis debiticam quos mundi cernit desereere delicias et ad laudes Salvatoris montes digna contemplationis Audiis elevare. Proinde Nos Vladislavus Dei Gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandominia, Siiradiv, Lancicia, Cujavia, Lithuaniag Princeps Sijemmus Domerania, Ruffiag Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium, quibus expediat universis praesentibus et futuri praesentium notitia m habituris. Quomodo ad Nostra Majestatis accedens Personam Religiosus Frater Nicolaus Michiel Confessor et Praedicator Noster devotus dilectus Conventus Monasterii Sanctae Crucis Calvi Montis Ordinis Sancti Benedicti quandam Literam paragameneam diva memoriae Domini Casimiri olim Regis Poloniae Praedecessoris Nostri, ipsius sigillo minori sigillatam, vetustate jam consumptam, omni prorsus vitio et suspicione carentem, desuper omnium bonorum et Villarum Pausti et Conventus praedictorum libertatione et exemptione ab exactionibus, solutionibus, contributionibus, tributis, collectis, a Sep, Marzar, Pradine vulgariter Krolestwo, vecturis, ducturis, podwodis, agrorum, pratorum messium, pontium laboribus, et ab omnibus angariis, praangariis et molestiis, omnium Regni Poloniae Palatinorum, Castellanos, Capitaneorum, Judicum, Subjudicum, et quorumvis Officialium et Ministerialium eorundem, nobis monstravit et ostendit pro parte Abbatis et Conventus Pausti et Ordinis praedictorum humili praecum instantia supplicando, quatenus literis nostris hujusmodi bona et villas kmetonesq et fncolas earundem, et Nos eximere, libertate et absolute dignaremur juxta earundem continentiam literarum. Nos vero petitionibus hujusmodi tamquam justis et legitimis inclinati, et spiritualis devotionis zelo accensi omnes et singulos omnium, et singularum villarum kmetones et fncolas ad Paustum praedictum quomodo libet et ex quo cunq respectu spectantium, ab omnibus nostris Regalibus exactionibus, dationibus, collectis, contributionibus, tributis, Sep, Marzar, pradine vulgariter Krolestwo, conductu, ducturis, vecturis, podwodis, a laboribus agrorum, messium, pratorum, pontium, et ab omnibus Regni Nostri Palatinorum, Castellanos, Capitaneorum, Judicum, Subjudicum, Officialium, et quorumvis Officialium eorundem angariis, praangariis, jurisdictionibus, perturbationibus et molestiis universis, eximimus, absolvimus et libertamus, libertatione perpetua et aeterna. Vobis igitur omnibus et singulis supradictis firmissimis nostris Regalibus

13



damus in mandatis quatenus bona et villas hujusmodi hmetthonasq. & Incolas  
eorundem circa hanc ipsam datam et concessam a Nobis gratiam et libertatem  
dimittere et dimitti faciatis nulla impedimenta in omnibus perscripseris  
aut ipsorum alicui inferre presumpseris, sed eos, etiam hujusmodi libertatem  
debeat per omnia conservare quos et Nos presentibus decernimus conserva-  
dos, harum quibus Sigillum Nostum est appensum testimonio literarum. Da-  
tum in Sanczuth die Dominico quo cantatur in Ecclesia Domini, Jubilate Deo  
omnis terra. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Vigesimo Tertio  
sentibus ibidem Reverendo in Christo Patri Domino Johanne Dei Gratia Epi-  
scopo Premisliensi nec non Magnificis Strenuis et Nobilibus Viris Sanczivojo  
de Ostrogoz Poznaniensi, Jacobo de Konieczpole Stradiensi Galatinis Most-  
czio Poznaniensi, Signeo Rospyniensi Castellanis et Spitecone de Zarnow  
tunc Capitaneo Russia Generali et aliis quam pluribus nostris fidelibus fide-  
dignis. Datum per manus Reverendi in Christo Patris Domini Alberti  
Dei Gratia Cracoviensis Episcopi, Regni Polonia Cancellarii et Venerabi-  
lis Joannis Decani Cracoviensis Regni ejusdem Vice-Cancellarii sincere  
Nobis dilectorum. L. S.